UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Vbi in rem actio exer. potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

dum naturam actionis propoſite, hoc non pōt fieri, ſed equitas
ſuggerit propter adiectionem loci,ut iudex habeat ratione inter-
eſſe vtriuſqꝫ propter hanc adiectionem hec actio dicitur etiā aliis
2 modis arbitraria,vt Inſt.de ac.§.preterea.❡†Querit glo.vtrum
poſſit cōueniri in quolibet loco?Dicit gl.qđ ſic,ſcꝫ in loco idoneo.
❡Item querit,vtrum omnis actio ſtricti iuris ſit arbitraria pro-
pter adiectionem loci?Et dicit quod non,niſi in quatuor caſibus,
ſcilicet in conſtituta pecunia,ex ſtipulatu,ex mutuo,ex teſtamēto.
Do.Nic.de Mat.diſputauit contrarium in quolibet iſtorū.Dice
mus in materia de eo qđ certo loco,anno futuro. ❡Querit glo.
3 †ego exiſtens Peruſii promiſi me daturum centum Florentie,nō
eſt dubium qđ Florentie poſſim conueniri, vbi eſt ſolutio faciēda,
vt l.contraxiſſe.ff.de act.⁊ oblig.Sed an poſſim conueniri hic,vbi
verba(contractus)fuerunt celebrata.Gl.tangit hic in l.iii.§.Iu-
lianus.ff.de conſti.pecu.⁊ l.j.de bo.autho.iud.poſ.⁊ ibi dixi tex.vi-
detur in l.quero.ff.de ſol.ſecundum Pe.⁊ ibi dixi.

Vbi in rem actio exerceri debeat. Rub.XIX.

LEX I.

1 ☞Venditor ſi vult emptorem defendere,an poſſit iudiciū ſuſci-
pere inuito actore.
2 Venditor poteſt ſuſcipere iudicium,vt ſimplex defenſor,non tamē
animo nouandi.
4 Per compromiſſum quod fit in arbitratorem,non fit mutatio iu-
riſdictionis.
6 Qui de neceſſitate alium defendit,poteſt ex ſua perſona exceptio
nēs ⁊ beneficia deducere.

IN rem actio. Actio in rem datur cōtra
poſſidentem,⁊ ex perſona
actoris non fit mutatio iudicis.h.d.iſta no.l.❡Not.
tex.ibi in fin.nec em̄ iuriſdictionis,⁊c.Ad illud ꝙ ī.di-
1 cam.❡Circa hanc l.querit gl.†quid ſi venditor vult defendere em
ptorem,⁊ pro eo ſuſcipere iudiciū inuito actore,an pōt.Gl.deter-
minat hic qđ ſic,tamen in foro emptoris non ipſius venditoris,vt
l.venditor.ff.de iudi.facit de pet.here.l.ſed ⁊ ſi.§.item.ſi rem in fi.⁊
verum dicit tamen in hoc eſt dubiū,ſi inuito actore pōt ſuſcipere
iudicium animo nouandi,vt ſic emptor vlterius non teneat.Glo.
videtur tenere ꝙ ſic in l.liberto.§.fi.de ne.ge.⁊ male dicit,ſecundū
Modernos hic,per l.ſi mandato.§.j.ff.mand.Doct.tangunt hic.
2 Ego plene dixi in l.ſolutionē.ff.de ſolutioni.Tāquā ergo†ſimplex
* defenſor pōt ſuſcipere iudiciū,non tn̄ animo nouādi.* ❡Vltimo
a hic videtur caſus illius q.[a]quā diſputaui,dicit ſtatutū† cauſe que
3 vertunt inter cōſanguineos,cōpromittātur in arbitratores.Cōtin
git quod frater meus vendicabit ab eo,cui vendēdi poſſeſſionem,
ego iui ad defendendū illū,cui vendideram,⁊ defenſione ſuſcepta
petii cām cōpromitti,tanꝙ vertentē inter cōſanguineos, ⁊ alias
coniunctos,queritur an poſſum,ꝙ non debeat cōpromitti vr̄ ca-
ſus hic,⁊ in l. venditor.ff.de iudiciis. ❡Cōtrariū determinaui per
4 hanc rationē,q2†per cōpromiſſum,qđ fit in arbitratorē, nō fit mu
tatio iudicis,vel iuriſdictionis,imo prima cauſa deciditur coram
5 iudice.Cum em̄ arbitramentū†ſit quedā tranſactio,vt in authē.ſi
vero cōtigerit.C.de iud.⁊ ibi dixi.⁊ in corpore,vt diffe.iud.§.j.⁊ ibi
gl.quādo peto cōpromitti,idem eſt dicere,qđ peto ꝙ trāſigamus
ſecundū arbitriū talis,⁊ ſic non eſt mutatio iuriſdictionis,ſed eſt
quoddā beneficiū cōpetens partib,⁊ per hoc hec lex nihil facit ad
propoſitū.Tamen ad determinationem huius queſtionis ille,qui
6 de † neceſſitate defendit aliū pōt defenſiones, excep. ⁊ beneficia,ex
ſua perſona in iudicium deducere,vt l.idemqꝫ.§.genera.ff.māda.⁊
ibi tex.⁊ glo.l.procurator ad exhiben.§.j.⁊ ibi dixi rem ratam ha-
ber.ergo iſte poterit ex ſua perſona iſtam defenſionem in iudiciū
deducere,⁊c.

ADDITIONES.

* CLAVD.DE SEISS.❡Nouandi.Adde Bar.conſi.ccxix.in-
cip.agitur contra Ciolum.lib.j.
a ALEX.❡Caſus illius q.Vide que dixi poſt Bar.in l.facere poſ
ſe.ff.ſoluto matrimo.

LEX II.

1 ☞Poſſidens alieno nomine poteſt dominum in iudicio nomi-
nare.
2 Reuerſus quando agat de proprietate,quādo aliquis fuit in poſ
ſeſſione ſuorum bonorum.
3 Denunciatio facta domino,quando habeat vim quaſi litis con-
teſtationis.
7 Poſſidens ciuiliter,nominans dominum in iudicio,poteſt conue
niri rei vendicatione.
8 Nominare dominum in iudicio, poteſt poſſidens rem mobilem,
⁊ numer.11.
9 Nominatio an poſſit fieri in iuribus incorporalibus.
10 Nominatio an habeat locum in iudicio poſſeſſorio.
11 Conuētus in actione miſta,vt puta in petitione hereditatis,quan
do poſſit dominum in iudicio nominare.
13 Conuētus actiōe perſonali,an poſſit dominū in iudicio nominare.
14 Nominatio debet fieri ante litem conteſtatam.
15 Nominās dn̄m in iudicio,an debeat pbare ſe poſſidere noīe alieno.
16 Si poſſidens nomine alieno conuenitur,ſi non nominet dominum
in iudicio an teneat proceſſus.
17 Sententia lata contra colonum,vel alium,alieno nomine poſſiden
tem,an noceat domino.
18 Per iudicem denunciandum eſt domino.
19 Domino comparente datur nouus libellus.
20 Nominans debet poſſeſſionem in nominatum transferre.

a SI quis alterius. [a] Iſta eſt ſingularis lex,
⁊ non eſt alibi in corpo-
1 re iuris ciuilis. Breuiter dicit.Alieno nomine † poſſidens
b conuentus poteſt dominū in iudicio nominare. [b] ⁊ ei ſunt dāde in-
ducie ad denūciandū domino,⁊ habet vim quaſi ꝯteſtationis quo
ad interrūpendū preſcriptionē ⁊ vt reuerſus dominus de poſſeſſio
2 ne non audiatur.h.d.Dicitur hic ꝙ†reuerſus auditur de proprie-
tate tantū.Contra imo de poſſeſſione,vt l.ſi quis emptionis.§.pe.
ī.de preſcri.xxx.an Sol.Quandoqꝫ miſſio in poſſeſſionē fit ante li
tis conteſtationē,⁊ tunc auditur de poſſeſſione, ⁊ proprietate,vt l.
contraria. Quādoqꝫ miſſio in poſſeſſionē fit poſt litē cōteſtatā,⁊
quaſi ⁊ tunc non auditur de poſſeſſione, ſed de proprietate, vt
caſus hic.Quādoqꝫ miſſio in poſſeſſionē fit poſt diffinitiuā ſenten
tiam,⁊ tunc nō auditur,nec de proprietate,nec de poſſeſſione,vt l.
properandū.§.ſin autē reus.C.de iud.ī.quomodo,⁊ qn̄ iud.l.conſen
taneū.⁊ ibi videbitis.❡Quero,vnde inducatur iſta quaſi cōteſta-
3 tio,de qua fit hic mētio.Tex.dicit†ꝙ hec denūciatio facta domino
habet vim quaſi conteſtationis.Ad ꝙ intelligēdum aduerte vt di-
xi tibi in l.j.de lit.cont.iſtud ꝙ dicimus de iſta litis cōteſtatione ci-
uili,procedit quaſi ad exemplū prelii corporalis,vt vidiſtis.Quan
4 doqꝫ in prelio†corporali,illi qui tenēt vnam arcē,vel vnū fortaliciū
dicunt volo denunciare domino pro quo hic ſum, ꝙ niſi mihi ſuc-
currerit intra tantum tēpus,ego cedam tibi qui facis exercitū con
tra me.Iſtud eſt quaſi quoddam preliū,ita hic,iſte tenēs rem alie-
no nomine,nominās dominū in iudicio expectat ab eo ſubſidium,
5 quo veniente litigatur,eo non veniente cedit.Et ſic†ex hac l.indu-
citur poſſidenti alieno nomine quedam exceptio declinatoria,vt
non cogatur ſubire iudiciū,ſi eius dn̄s veniat,ipſe litigabit,⁊ con-
tra eum dabitur libellus,vt ibi actoris intentiones excipiat ſi vero
non veniet ipſe erit citādus,⁊ cōſtituēdus in cōtumacia,vt ibi,edi-
ctis legitimis citare curabit,⁊ ſic iſte poſſidens non inquietabitur
vlterius.Et in hoc differt iſta denūciatio,que hic fit,ab ea,que po-
nitur in aut.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet,nam illa de
nunciatio fit,vt conuentus poſſit inſtrui de defenſionib.ſuis,non
vt per hoc a iudicio liberetur,vt vidiſtis ibi. ❡Quero,dicitur hic
6 ꝙ quis alieno nomine poſſidens,de quo†loquitur iſta lex?Dicunt
quidā de eo qui non habet ius in re,vt cōmodatarius,colonus,⁊
inquilinus.Item in eo qui habet ius in re,vt feudatarius,emphy-
teuta,⁊ ſimili,⁊ hoc propter generalitatē huius legis. Alii dicunt
contra,nā illi,qui nō habent ius in re, poſſident nomine ſuo, nō no
mine alieno,ideo dn̄m non nominānt in iudicio,iſta opin.communiter
c tenetur. Et mihi videt̄ ꝙ debemus ſic dicere.[c] Aut iſte,qui habet
ius in re ꝯuenitur ſolū reſpectu poſſeſſionis,vt q2 emphyteuta cō-
uenitur eb alio dicēte ſe potiorē emphyteutam eſſe,tūc vera ſit iſta
opinio ꝙ nō poſſit dn̄m in iudicio nominare,q2 ei nō preiudicatur.
Si vero cōuenietur reſpectu dn̄ii directi,⁊ ſic reſpectu iuris, ꝙ eſt
apud aliū,debet nominare dn̄m in iudicio, ⁊ liberabitur a iudicio,
reſpectu illius dn̄ii,quatenus illud iudiciū nō repugnat iuri ipſius
emphyteute.Poteſt enim dicere emphyteuta,nō curo quis ſit do
minus directo,nec hoc volo defendere,ſed dico me eſſe emphyteu-
tā,ſed quatenus ius, vel petitio actoris repugnaret iuri ſuo ipſius
emphyteute haberet emphyteuta neceſſe ſe defendere, nec poſſet
dn̄m nominare,quantū ad declinandū iudiciū,ſed bene poſſet eum
nominare, vt poſſit ab eo de ſuis defenſionibus informari, vt vidi-
7 ſtis in authentica,qua in prouincia.❡Iuxta hoc quero,†pone ꝙ
nominaret in iudicio dominū,qui poſſidet ciuiliter tantum, an iſte
tantū ciuiliter poſſidens poſſit cōueniri rei vendicatione.Opi.po
nūtur hic in gl.fi.gl.tenet ſic.ff.de rei vēd.ſuper rub.in l.Pōpo-
§.ſi is qui precario.ff.de acqui.poſ.⁊ ibi plene dixi.Et eſt text.in l.
iuſcunque.§.j.ff.de vſufru.❡Procedo vlterius,dicitur hic,alieno
8 nomine poſſidēs rem immobilē.Quero†quid ſi poſſideat rem mo-
bilem.Gl.dicit quod non poteſt dominū nominare in iudicio vigo
re huius l.ſed res debet deponi ſi eſt perſona ſuſpecta, vt l.ſi fide-
iuſſor.§.ſi.qui ſatiſdare cogantur.Sed hodie poſſet dominū nomi-
nare,per aut.qua in prouincia,ita dicit gl.Certe aut.illa nihil facit
q2 ibi loquitur de nominatione,que fit,vt poſſit inſtrui de defenſio
ne cauſe,non autem ad declinandum iudicium. Inno.extra vt lite
non conteſtata c.quoniam frequenter,circa fi.tenet idē indiſtincte
quod p[...]

quod poſſeſſor rei mobilis poſſit dominũ nominare in iudicio, pro certo nos de hoc non habemus legem expreſſam, tamẽ ex ĩdẽtitate rationis poſſumus beneficiũ huius legis ad poſſeſſores rei mobilis extendere, cum eadem ſit ratio, nec per hoc introducatur alicuius legis correctio. ¶ Quero extra gl. vtrũ† in iuribus incorporalib. liceat dominum in iudicio nominare? Inn. tenet qd ſic, per c. inter. de ma. ⁊ obe. ⁊ no. ipſe in d. c. quoniam frequenter. Iſta enĩ iura incorporalia habentur pro reb. immobilib. ⁊ maxime quando immobilib. adherent, vt l. ſi aliena. §. j. ff. de vſucap. commu. pre. l. j.

10 ¶ Quero extra gl. †nunquid in poſſeſſorio poſſit quis dominum nominare in iudicio. videtur qd non, qꝛ tex. loquitur de conuento act. in rem. Gul. de Cu. tenet hoc idem in conuẽto poſſeſſorio. per auth. qua in prouincia. ſed illa nihil facit vt dixi. Glo. Decre. tenet contra. xj. q. ij. c. quicunqꝫ. Gl. noſtra videtur velle qd in poſſeſſorio habeat locum beneficium huius legis vt l. locum. §. j. ff. de tab.

11 exhi. que gl. etiam innuit, qd in re mobili habeat locum hec lex, ꝙ

b ſatis placet[b] propter idẽtitatem rationis, cum ex hoc, vt dixi, non introducatur. l. correctio. Non obſt. c. quicunqꝫ. vbi dicitur qd ſi ille, qui poſſidet nomine alieno, conuenitur poſſeſſorio debet reſtituere, verum eſt, ⁊ intellige cum determinatione huius. l. vel dominum in iudicio nominare, ⁊ ſic declinare iudicium. ¶ Quero vtrũ

12 †conuentus actione miſta, vt petitione hereditatis, poſſit dominũ in iudicio nominare. Gu. qd ſic. per tex. ff. de pet. hered. l. etiam. §. ſi quis abſentis, que lex bene facit. Dices tu ſecunduꝫ hoc apparet qd iſte modus nominandi dominum in iudicio, erat de iure antiquo, vt ĩ. dixi, ⁊ quod hoc non reperitur alibi. Solu. Dico qd alio reſpectu loquitur. §. ille. nã, vt ſcitis, petitio hereditatis nõ datur niſi cõtra eum qui poſſidet pro herede, vel pro poſſeſſore, ſed ille, qui poſſidet alieno nomine, non poſſidet pro herede, vel pro poſſeſſore, ⁊ pro tanto ibi nominaba dominum in iudicio, non autẽ nominabat, vt ei domino abſenti fieret denunciatio, ⁊ procederetur ſm formam huius legis. hoc etiam non reperiebatur cautũ, tamen per rationem illius. §. ⁊ per identitatem rationis iſtius legis tenet hoc eſſe verũ, qꝛ in actione miſta conuentus poſſit nominare dominum in iudicio. arg. ĩ. ti. j. l. j. ⁊ hoc puto verum, prout iſta actio miſta habet naturam actionis realis, qꝛ datur contra poſſidentem prout vero haberet naturam perſonalis, dic in ea, vt dicã.

13 ĩ. proxima queſtio. ¶ †Quero vtrũ conuentus actione perſonali poſſit dominum nominare in iudicio, cum tex. hic nõ loquatur niſi de conuentis act. in rem. Breuiter, quedam eſt actio perſonalis in rem ſcripta, vt ſunt fere omnia interdicta, vt l. j. §. pe. ff. de interdi. ⁊ in iſtis poteſt quis dominum nominare in iudicio, qꝛ eſt eadem ratio, que in reali, ⁊ hoc tenet gl. in predicta. l. locum. §. j. de tab. exhi. Quedam eſt actio mere perſonalis, ⁊ in iſta non licet dominũ nominare in iudicio ad declinãdum iudiciũ, ſed vt poſſet ſe de defenſionibus informare. hic eſt caſus in auth. qua in ꝓuincia. ¶ Procedo vlterius, dicitur in tex. debet ſtatim in iudicio nominare do-

14 minum. ¶ Quero †quando debet fieri iſta nominatio. Reſpõdeo iſta exceptio eſt declinatoria, ⁊ exceptiones declinatorie debẽt opponi ante litẽ conteſta. vt ĩ. de exceptio. l. fin. ⁊ ĩ. de proba. l. except.

15 ¶ †Quero ſecundo, an iſte, qui nominat dominum in iudicio, debeat probare ſe alieno nomine poſſidere? Dic ꝙ ſic, qꝛ in exceptionibus reus eſt actor, quantũ ad probandũ, vt l. in exceptionibus. ff. de proba. ⁊ l. j. ff. de excep. Tu dic, quod ſufficit ſolum ꝙ nominet dominum in iudicio, vt per hoc abſoluatur ab inſtantia iudicij, niſi actor in ſe velit onus probandi aſſumere, ⁊ probare eum ſuo nomine poſſidere, vt ſic in eum transferatur poſſeſſio authoritate legis vltime. ff. de rei vendica. Et illud videtur Inn. velle in c. qm̃ fre-

16 quenter. vt lit. non conteſta. ¶ †Quero quid ſi talis poſſidens nomine alieno non nominat dominum in iudicio an valeat ꝓceſſus? Certe ſic, vt l. officium. ff. de rei vendicatio. ⁊ iſtud eſt quod gl. hic dicit dum exponit debet, id eſt, poteſt. quaſi dicat, nemo cogitur

17 dominum nominare in iudicio, ſi non vult. ¶ †Quero, vtrum iſto caſu ſententia lata contra colonum, vel alium alieno nomine poſſidentem preiudicabit domino? Videtur quod non, vt l. fi. ĩ. ſi per vim, vel alio modo, ⁊ ĩ. quibus res iudicata nõ nocet. per totum, ⁊ res inter alios acta per totũ. Plus dico ꝙ etiam facta executiõe, ⁊ re ad actorẽ tranſlata nõ priuabitur dominus abſens poſſeſſiõe

e ſua,[e] ſi quã habeat, arg. d. l. fi. ſi per vim, vel alio modo. Non ob. ad hoc. l. peregre. §. quib. ff. de acq. poſ. ⁊ l. iij. §. quod ſi hic ſeruus. eo. tit. qꝛ ibi loquitur in deijciente, qui deijciẽdo colonum hꝫ cauſam priuãdi quelibet ſua poſſeſſione, at iudex non habet animũ priuãdi abſentẽ poſſeſſiõe ſua, vt d. l. fi. ſi ꝑ vim, vel alio modo. Et hoc videtur tenere Inn. in d. c. qm̃ frequenter. ¶ Procedo vlterius, dicitur hic, ꝙ ſtatuitur tempus certum colono, ad denunciandũ do-

18 mino. ¶ †Quero, an debeat domino denũciari per iudicẽ, vel ſufficiat ſola data dilatio colono. Reſpon. nõ, ſed per iudicẽ etiam dꝫ denunciari dño, alias poſſet per colonũ fraus committi, non denunciando dño. Et hoc videtur velle tex. ibi, certo dierum ſpatio a iudice, ⁊c. eo quod ad notionẽ eius procedendo intelligo per iudicẽ.

Et hoc videtur expreſſius dicere text. in d. ca. quoniam frequenter, circa finem, ⁊ ita ibi exponit Inn. ¶ Procedo vlterius, dicitur hic quod dominus veniens, vel mittens procuratorem contra actoris intentionem excipiet. Quero qualiter iſtud fiat, procedetur ne ſuper primo libello dato contra colonum, an vero dabitur nouus li-

19 bellus contra ſuperuenientem dominum. Puto †ꝙ colonus abſoluatur ab inſtantia iudicij, propter dictã nominationẽ, ⁊ libellus de

f nouo ſit dandus[f] cõtra ſuperuenientẽ dñm, qꝛ textus innuit ꝙ contra ipſum de cetero faciendus eſt proceſſus. Sed tunc quero. quid ſi dominus nullo modo poſſidebat, ſed ille, qui eũ in iudicio nominabat, poſſidebat ciuiliter, ⁊ detinebat nomine domini forte precario, quomodo ꝯtra dominũ dabitur libellus? Videtur ꝙ non põt,

20 vt d. l. Pomponius. §. ſi is qui precario. ff. de acq. poſ. † Dico quod iſte, qui nominat dñm in iudicio, debet etiam poſſeſſionem ipſam in dominum transferre, vt ſic poſſit rei vẽdicatione conueniri, alias ſi hoc non faceret, non abſolueretur ab inſtantia iudicij, qꝛ per illam nominationem non eſſet actori cõſultum, vt voluit hec lex, ⁊c.

ADDITIONES.

* ¶ Si quis alterius. Pro concordia aduerte quod beneficium miſſionis in poſſeſſionem datum per iudicem contra aliquem debitorem verum, ſuper aliqua re que non erat ipſius debitoris, ſed alterius, preiudicet etiam domino ipſius rei ſecundum Bart. in l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſ. Contrarium videtur velle in hac. l. ij. verſi. quero vtrum in iſto caſu. Tu dic quod Barto. in d. l. iuſte. loquitur quando debitor poſſidebat illam rem, in quam fit miſſio, in hac vero. l. ij loquitur quando dominus poſſidebat, quo caſu nullũ fit preiudicium domino, prout apparet ex verbis Bar. vbique. Adde ad materiam l. ob matrimonium. C. ne vxor pro ma. ⁊ in l. in noxalib. ff. de noxa. in l. fi. C. de edi. diu. adr. tol. ⁊ ibi. Bald. in iiij. queſtio.

a P. PAV. P. ¶ Si quis alterius. No. circa iſtam materiam nominationis in iudicio quod nominator tenetur in ſubſidium pro nominato, vide in l. nominatori. per illum text. C. de pig. ⁊ vide Bart. in tracta. de gabellis in j. parte.

b ALEX. ¶ Nominare. Quis teneatur dominum in iudicio nominare, vide late Spe. in tit. de primo decreto. §. reſtat. ver. hoc etiam no. ⁊ ibi etiam quid in emphyteuta, vel feudatario, ⁊ ibi etiam in procuratore dato ad adminiſtrãdum, ⁊ ibi de colono, ⁊ de viro circa bona dotalia ⁊ alijs ſimilibus, ⁊ ibi etiam quid ſi nominans nominato non comparente vult penitere, ⁊c.

c ¶ Dicere. Sic Abb. in ca. quoniam frequenter. §. ne in alijs vt lit. non conteſt. Barb. conſi. lxxxiiij. in iiij. vo. vbi dicit opin. Bart. eſſe communem vt etiam dicit Abb. in d. §. in alijs. licet Car. ⁊ Ant. de But. ibi aliter loquantur, ⁊ aliter Bal. hic, ⁊ Pau. de Caſt. ⁊ Ang. Sali. hic ſequitur Bart. vide Maria Soci. in c. quoniam frequenter. §. quod ſuper. vt lite non conte. qui ſequitur opin. Abbatis ibi.

d P. PAV. P. ¶ Placet. Limita iſtam opinionem, niſi conueniretur ex ſuo delicto, puta quia ipſe ſpoliaſſet vel violentiam intuliſſet, ſecundum Abb. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lit. non conte. Ang. hic Soci. in d. c. qm̃ frequenter. §. quod ſunt vt lit. non conte.

e P. PAV. P. ¶ Poſſeſſione ſua. Vide Alex. in l. peregre. §. quib. de acquirend. poſſeſſ. Et adde quod ſententia nunquam preiudicat poſſeſſori, niſi ipſe ſit nominatim citatus, adeo quod vbi alias ſufficeret citatio generalis vel per edicta, non ſufficeret in preiudicium poſſeſſoris, qui potuit veriſimile ſcire, vide Alex. conſi. v. in ij. vo. vide ad Bart. in l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſſ. Vide Alexan. in l. a diuo pio. §. ſi poſt edictum. ad finem. ff. de re iudi. quod etiam propria authoritate licet poſſeſſori tali expellere talem immiſſum in poſſeſſionem, vide omnino eundem in l. clauſula poſſidere. §. qui ad nundinas. de acquir. poſſ. vbi ponit an talis ingreſſus acquirat aliquam poſſeſſionem ſaltem naturalem.

f P. PAV. P. ¶ Dandus. Et vbi ſtatutum tolleret hoc ſaltem deberet petitio reiterari. Vide Decium conſi. lxij. Item quomodo ſententia lata contra colonum preiudicet domino, vide late Alexan. in l. ſepe. de re iud.

1 ☞ Cognitio ſummaria qualis eſſe debeat, ad cognoſcendum de iuribus actoris.

2 De proprietate vſque ad quantum tempus quis audiatur, quando ſit actum ſuper poſſeſſione.

3 Miſſus in poſſeſſionem in actione reali, an ſtatim poſſideat.

§. Sin vero poſt

Dicitur hic quod domino non veniẽte negotium examinatur

1 ſummatim. ¶ †Quero qualis eſt iſta ſummaria cognitio, vtrũ requiratur ꝙ de iure petentis conſtet expreſſe, ⁊ clare, an vero ſuffi-

a ciat iuramentũ calumnie. Breuiter,[a] quandoqꝫ ex miſſione in poſſeſſionẽ non fit preiudicium, neqꝫ in proprietate, neqꝫ in poſſeſſiõe, tunc ſufficit ſummaria cognitio per iuramentum calumnie, vt vidiſtis in aut. ⁊ qui iurat. ĩ. de bon. author. iud. poſſiden. Quandoque fit preiudiciũ in proprietate, ⁊ in poſſeſſione, vt quando interponitur ſecundum decretum, tunc debet conſtare de iure actoris. vt plene vidiſtis in l. pe. de bo. aut. iud. poſſiden. Quandoqꝫ fit preiudiciũ

in poſſeſſione,⁊ non in proprietate,⁊ tunc debet cōſtare de iure a-
ctoris ſummatim,hoc eſt,per preſumptiones,vel indicia vel ſemi-
plenā probationem;, vt l.iij.§.cauſe.ff.ad Car.⁊ ita in hac l.cū per
hanc miſſionem non fiat preiudicium,niſi in poſſeſſione.¶ Venio
ad finē noſtre legis.dicitur hic,omni allegatione abſenti reſerua-
1 ta ſuper proprietate.Quero,vſqꝫ† ad qđ tempus auditur de pro-
prietate.Dicit gl.vſqꝫ ad decē annos inter preſentes,⁊ viginti in-
ter abſentes.Nam poſtea eſſet res vſucapta,vel preſcripta,vt in l.
iuſte.in gl.allegata.Doc.reprobant iſtā gl.nam per primum decre
tum,nō intendit iudex transferre dñium per cōſequens,nec vſuca
piendi conditionem,vt l.clauibus.de contrah.empt. Sūſtinendo
gl.dic ꝙ vſucapiet ex poſſeſſione quodammodo iuncta cū prece-
denti titulo,quē habebat,vt l.ſi is qui pro emptore.§.pe.ff.de vſu
cap.⁊ l.cum qui edes.poſt prin.eo.tit.¶ Item dicit gl.ꝙ aliud eſt
in actione noxali,cū ſtatim efficitur dominus accipiens,ſi primus
poſſeſſor erat dominus, vt in gl.hoc eſt verum quando miſſio fit
ex ſecundo decreto,ſecus ſi miſſio fieret ex primo.⁊ ita loquuntur
iura allegata in gl.¶ Item dicit gl.qđ in actione perſonali audi-
tur quis vſqꝫ ad xxx.annos, volens recuperare poſſeſſionem,niſi
a peruentum fuerit vſqꝫ ad fm decretū,⁊ verum dicit gl.¶ †Quero,
b nunquid in reali miſſus[b] in poſſeſſionem ſtatim poſſideat. Dic,vt
dicemus in d.l.ſi quis emptionis.§.pe.ī.de preſcript.xxx.an.Facit
ad predicta,quod nō.in l.iij.§.ſi.ff.de acqui.poſ.⁊c.

ADDITIONES.

a POMA.¶ Breuiter.Adde Bar.in l.j.C.quo.bo.contrarium te-
net in l.admonendi.de iureiur.⁊ in ver.ſummarie.in extraua.ad re
primendum.vide nō.do.Mat.in ij.vo.iij.no.

b POMA.¶ Reali miſſus.De hoc autem,an miſſus in poſſeſſionē
ex primo decreto,in actione reali poſſideat,vide Alexan.in l.iuſte
poſſidet.in prin.ff.de acqui.poſ.

LEX III.

1 ☞ Actiō perſonalis que proponitur pro aliqua re immobili,an
poterit in loco vbi res eſt,proponi.

a **ACtor.** Actio in rem pōt exerceri vbi poſſeſſor ha
bet domiciliū,⁊ vbi res eſt[a] alias(actor)de-
bet forum rei ſequi,tam in actione reali, quā in perſona
1 li.h.d.¶ †Quero,quid de re mobili,[b] per ciuitatē iſtam trāſit qui-
b dam mulio,ego dico mulum,quem ducis,eſſe meum volo eum hic
conuenire,an poſſim.Et videtur ꝙ ſic, quia poteſt conueniri vbi
c res eſt.Et de hoc ſunt opi.in gl.noſtra,vt in ea habetis.Finaliter[c]
ſalua meliori deliberatione,dicendum videtur qđ non,q: iſtud,ꝙ
hic dicitur,vbi res eſt,intelligitur vt ibi permaneat,non ad tēpus
cauſa cuſtodie,vel tranſitorie,tunc enim ibi nō dicitur eſſe. Vidi-
ſtis in l.ij.de verb.ſig.⁊ l.queſitum.§.ij.de leg.iij.cum ſi.⁊ ideo ſi res
eſſet hic,vt hic permaneret,idē eſt in re mobili,qđ in immobili,⁊
ſic procedat opinio Azo.In re que eſſet hic tranſitura,⁊ cauſa cu
ſtodie procedit opi.Hug.⁊ aliorū ſalua meliori deliberatione,cete
2 ra dic vt in gl.¶ †Quero,quid in actione perſonali, que proponi
tur pro aliqua re immobili vtrū poſſit ꝓponi in loco vbi res eſt, ſi
d proponens non habet hic domicilium.Gl.tenet ꝙ non[d].ff.de cen
ſi.l.forma.§. ſi vero quis agrum.⁊ ibi not.⁊ probatur. ff.de iudic.l.
e quod leg.ſecus in actione miſta,[e] vt ī.proxi.titu.l.j.in qua idem te-
net,quod in reali.

ADDITIONES.

a P.PAV.P.¶ Res eſt.An idem ſit ſi agatur remedio poſſeſſionis
reſtituende,vide Are.in c.ex parte.de fo.compe.Item qđ ſit in ele
ctione actoris an velit agere in loco domicilij conuenti,vide Feli.
in c.dilectus.el ij.de reſcrip.

b ☞ IO.FR.RV.¶ Quero quid de re mobili.circā iſtā q.Adde ꝙ
cum deciſione Bar.tenent Bal.Ang.⁊ Pau.de Ca.hic.⁊ Spe.in
tit.de compe.in addi.§.j.ver.quid ſi quis per locum.

c ¶ Finaliter.Adde tu qđ hec opinio fuit originaliter Pe.hic,⁊ il-
lam ſequitur Jo.and.in addi.Spe.in ti.de compe.iudi.adi.§.j.ver.
xx.⁊ in c.ſi.de fo.compe.⁊ ita etiam Abb.in c.ſane.de fo.compet.⁊
ibi do.Ma.So.in d.c.ſane.verum ſecundo declara.

d ¶ Tenet ꝙ non. Et ſic habes qđ in perſonalib.quis ratione rei
ſite non ſortitur forum.Ita etiam tenet domi.Maria.Soc.in c.ſa
ne.verſi.ſeptima declaratio.de foro compe.Adde tamen qđ ſi aga
tur hypothecaria ratione rei ſite.quod quis in loco poterit conue
niri.Ita Joan.And.in addi.Spe.in titu.de compe.iud.§.j.verſic.
vij.Et idem ſi agitur interdicto turbatiuo, dato quod ſit perſona
le,tamen eſt ſcriptum in rem, ⁊ ideo quo ad ipſam rem iudicatur,
vt realis.l.j.ff.de interdic.⁊ no.Inn.in c.ex parte.extra de foro cō-
petenti.

e POMA.¶ Actione miſta.vide Roma.conſi.cxcvij.⁊ Bal.etiam
idem tenet in l.cum in longi.§.nihil.ī.de preſcriptio.long.tempo.⁊
Panormita.in c.fin.extra de foro competen.⁊ Bar.in l.forma.§.j.
ff.de cenſi.

Vbi de hereditate agatur. Rubr. XX.

LEX VNICA.

a **Illic vbi.** [a] Miſſio in poſſeſſionem debet peti, vbi
res eſt,⁊ petitio hereditatis poteſt intē-
tari vbi heres habet domicilium.h.d.⁊c.

ADDITIO.

a ¶ Illic vbi. Vide Joan. de Anna.conſi.iiij.incip. viſis ſtatutis in
iij.dubio.

Vbi de ratiociniis agi oportet. Rubr. XXI.

LEX I.

Dum qui. De adminiſtratione tā publica,quam
priuata,ibi ratio reddi debet,vbi eſt ge
ſta.h.d.iſte titulus.

Vbi cauſa ſtatus agi debeat. Rubr. XXII.

LEX I.

3 ☞ Reconuentio an poſſit habere locum, quando cauſa conuen-
tionis eſt ſummaria,⁊ reconuentio non.
4 Reconuentio non habet locum in cauſis, que ſibi inuicem pre-
dicant.

EAque. Hec eſt bona lex. An quis fugerit, de
prius per iudicem examinari, ⁊ reper-
fugiſſe ad locum vnde aufugit, debet remitti, vbi ſtatus
queſtio agitur. h.d. ¶ Quero primo quo iure cogno
1 ſcatur de hoc,† an ipſe aufugerit,vel non.Dicit glo.non interdicto
vti poſſidetis quia res eſt mobilis,ſed interdicto vtrobi,non eſt ve
rum,q: illud haberet locum, quando ancilla poſſideretur ab alio,
ſed quando ipſamet facit controuerſiam ſui, recurrendum eſt ad
officium iudicis,vt l.iij.§.hoc autem interdictum de lib.exhi.habe
2 tis.no.ī.de lib.exhi.l.j.ff.de rei ven.l.j.§.per hanc.Erit† ergo practi
ca hic quod ille, a quo ſeruus aufugit in aliam ciuitatem capiat
ſeruum per perſonam ⁊ conducat ad iudicem illius terre in qua
eum cepit ⁊ eius officium imploret,⁊ hic examinet, an ab eo aufu-
git an non. Et ſi eum aufugiſſe reperitur, remittatur ad iudicem,
vnde ipſe aufugit.probatur in l.j.ti.j.⁊ qđ ibi no.¶ Sed cōtra hoc
oppo.ſi tu conuenis me fugitiuum,petendo remiſſionem, ego po-
tero te reconuenire ſuper cauſa ſtatus, dicendo me liberum,vt ī.
de ſen.l.cum Papin.⁊ authen. ⁊ conſequenter, ⁊ ſic in eodem loco
3 examinabitur cauſa ſtatus. Dicunt† quidam, reconuentio nō po-
teſt habere locum,quando cauſa cōuentionis eſt ſummaria,⁊ cau-
ſa reconuentionis requirit plenariam cauſe cognitionem.Et ita di-
cunt quod eſt caſus in hac lege.Sed an hoc ſit verum,dicam in d.
authen.⁊ conſequenter,⁊ tamen ad legem noſtrā reſpondeo,quod
4 †materia reconuentionis non habet locum in cauſis.que ſibi inui
cem preiudicant, vel quarum vna eſt preparatoria ad aliam,⁊ in
loquitur iſta lex.⁊ ibi videbitis.

LEX II.

PRocuratores. Procurator Ceſaris, non
eſt competens iudex in cau
ſa ſtatus.

LEX IIII.

SI ex poſſeſſione. In cauſa ſtatus, actor
ſequitur forū rei,⁊ par
tes (rei) ſuſtinet, qui poſſeſſionis commodo gaudet. h.d.
cum l.ſeq.⁊ iſta lex bene congruit l.j.huius titu. quia illa loquitur,
quando eſt dubium,hic quando eſt certum.

LEX V.

IAm dudum. Cauſa libertatis,⁊ ſeruitutis
inter fiſcū,⁊ priuatum exami
natur(et)a procuratore Ceſaris.cauſa vero libertinita
tis,⁊ ingenuitatis,a Preſide.hoc dicit.

LEX VI.

IN litib. In queſtionibus ingenuitatis alicuius
viuentis,preſcriptio quinquennij eſt ſub
lata.h.d.

Vbi quis de curiali, vel cohortali alia ve condi-
tione conueniatur. Rubr. XXIII.

LEX I.

1 ☞ Liber homo alteri obnoxius,fugiens poteſt propria autho-
ritate capi,vt ad iudicem ducatur.
2 Cauſa ſtatus liberi hominis,an agatur vbi ſit captus.

Si quis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN